



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

De Sexto Modo termina[n]di procesum fidei in casu violenter suspecti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

10. si irrepelens bilius vult agere  
si premi Sacrae Sacrosanctae Romane, & genera-  
lissimis iuris sequatur.

1168. b. To ma aburandi hæresim, quando delatus  
est suspectus vehementer.] Pulchra sunt iste for-  
mulae, quas Eymericus prescribit, sed si per tempus  
longius, tenuiter legit illam, quam Concilium Constantien-  
se prescripsit Hieronymo de Praga sessio. 19. alter-  
nam, quam fecit Berengarius, habes apud Gratianū  
in ego Berengarius de consecr. dist. 2. quā retulit  
Eymericus par. 2. q. 6. ubi ego aliam eiusdem Beren-  
garii retuli: aliam aburandi formulam refert Ioan-  
nes Turrecremata lib. 4. de ecclesia par. 2. c. 22. &  
aliam Alfonsum Castrum lib. 1. c. vlt. de iusta hæ-  
relicum puniitio. & Joannes Röias singulari, 1. &  
dijquas velut notas, & cuique omnia omittit. ex  
quibus quadam hereticis redeuntibus, quadam ve-  
hementer suspectis competent.

Quod incidet in futurum in hæresim abiu-  
ratam, &c. ] Idem sentendum est etiam si non re-  
pudiat aut relabatur in hæresim aburata, sed in  
diam speciem hæresis, c. accusatus. §. eum vero de  
hæret. lib. 6. quoniam hodie de recepta sancti officij  
confuetudine omnis hæresis aburatur, ut dixi sup.  
parte 2. super quest. 40. circa finem.

d. Secundum est, quod conferat indulgentiam  
quadraginta, vel viginti dierum, &c. ] De his in-  
dulgentiis conferendis omnibus, qui actui fidei in-  
terferunt, plenissime differit Eymericus in hac 3.  
par. q. 127. cum aliquot sequentibus. ubi, & nos et  
nulla adiungemus.

e. Attendum autem, quod suspecti de hæ-  
resi, &c. non debent perpetuo immurari.] Opti-  
me ita hoc loco per Eymericum adducta probare  
videtur hanc suam sententiam, de quo dicam ple-  
ne infra super decimo modo processum fidei termin-  
andi extatque singularis de hac re doctrina in Cö-  
cilio Biterrensi, c. 23. & 24. quam afferam precita  
loco. interim videtur Zanchinum tract. de hæret.  
1. 10. hoc vero Eymericus documentum retulit, & se-  
nuis est Locatus in opere judiciali verbo, suspicio.  
nn. 31. vers. suspectis de hæresi.

f. Nec huiusmodi suspecti sunt crucibus consi-  
gnandi, &c. ] Hoc ipsum documentum, quod & ve-  
rum est, & obseruandum, refert, & sequitur Cam-  
panus apud Zanchinum c. 20. vers. portet crucem,  
& Repertorium Inquisitorum verbo, crux. §. quali-  
ter redire, & de his crucibus extat insignis locus  
in concilio Tarragonensi relato apud Eymericus sup.  
p. 2. & in Cöcilio Tholosano c. 9. & in cöcilio Biter-  
rensi c. 26. de quo differat plene commentario sequenti  
vobis proprius locus. interim videtur Zanchinum  
tract. de hæret. c. 20. & Repertorium Inquisitorum uer-  
bo, crux, & verbo, penitentia. §. itē si quis publice.

De sexto modo terminandi processum fi-  
dei in casu violenter suspecti.

1173. Sicut modus processum fidei finiendo, & ter-  
minando est, quando delatus de hæretica pra-  
uitate processus meritis diligenter discussis, cum  
bono consilio in iure peritorum, reperitur suspe-

A Etus de hæresi violenter, & hoc est quando delatus ipse non reperitur legi in deprehensio confessione propria, nec facta uidetia, nec testium productione legitima, sed indicia non leuia solum, vel vehementia, sed fortissima, & violenta, quae ipsum delatum reddit merito suspectum de hæresi violenter, propter quae talis debet ut suus suspectus violenter de hæresi aburare: Vt potest, propter aliquid, quod dixit, vel egit, ut quia sustinuit excommunicationem per annum, vel plus in causa fidei, est suspectus leuiter de hæresi: quia hoc non caret scrupulo hæreticæ prauitatis, de penitentia. Grauem. Et si citatus responsurus de fide non comparet, sed renuit contumaciter comparere, propter quod excommunicatur, tunc fit suspectus de hæresi vehementer: nam leuis suspicio transit in vehementem. Sed si sustinet illam excommunicationem per annum animo pertinaci, tunc fit suspectus de hæresi violenter, nam vehementis suspicio transit in violentam, contra quam non admittitur defensio; immo ex tunc talis est ut hæreticus condemnandus, quæ omnia prædicta patent per cap. Cum contumacia, & no. ibidem, de hæret. lib. 6.

Circa istum talis practica est seruanda. Iste enim licet fortasse in re non sit hæreticus, ut po-  
174 Practica cir-  
te, quia non habet errorem in mente, nec de illo ca violenter  
errore tenendo pertinaciam in voluntate: ut no. suspectos ser-  
arg. supra allegato: Nihilominus est ut hæreti-  
cus condemnandus propter prædictam suspicio-  
nem violentam, contra quam non est probatio  
admittenda. Hæreticus autem taliter condem-  
natur, quod si nolit resilire, & hæresim aburare,  
& satisfactionem congruam exhibere, traditur  
brachio seculari animaduersione debita punien-  
dus, iuxta c. Ad abolendam. §. presenti. Si autem  
velit, & cōsentit cum effectu, aburat hæresim,  
& catceri perpetuo mancipatur, iuxta c. Excom-  
municamus. 2. de hæret.

D Pari forma ille, qui sic est suspectus de hæresi. Violenter su  
spectus si re-  
violenter, & est ut hæreticus iudicandus, si nolit  
nunc abiura-  
re, & ad gremium Ecclesiæ adiulare, nec  
te, traditur  
hæresim aburare, nec satisfactionem congruam brachio secu-  
ad arbitrium Episcopi, & Inquisitoris exhibere, lati.  
traditur brachio seculari ultimo supplicio feri-  
dus. Si autem velit hæc facere, & consenserit cu  
effectu, aburabit, & sententialiter perpetuo car-  
ceri condemnabitur.

E Modus autem disponendi ad abiurationem ta-  
lis erit.

*Forma disponendi ad hæresim abiuran-  
dam eum, qui est suspectus de  
hæresi violenter.*

N Am, ut dictum est in quarto, & quinto mo-  
dis precedentibus processum fidei termin-  
andi, episcopus, & Inquisitor concordabut de  
aliqua die Dominica, vel festiva, in qua fiat abi-  
ratio antedicta. Quo facto facient intimati per  
omnes

omnes ecclesias illius ciuitatis, vel loci, in quo siēda est abiuratio antedicta, suspendendo omnes sermones ciuitatis, vel loci pro die illa ad abiurationē huiusmodi assignata, & monebitur populus in ecclesijs antedictis, q̄ veniat ad sermonem Episcopi, vel Inquisitoris in causa fidei faciēdū, & quod habebunt indulgentiam confueram.

Prouideat etiā Inquisitor, q̄ interim faciat fieri vnam vestem habētem duas pecias ante, & retro ad modum secularis religiosorū, sine capucio tamen, in qua sint dua crucis de pano croceo, uno ante, & alia retro, longitudine triū palmarum, & latitudine duorum, facientque parati locum, seu sedem in alto in populi medio, vt stet abiurandus taliter, quod a populo videatur.

Adueniente b aut die præfixa, & factō sermone per Episcopū, vel Inquisitorē, legentur culpe publice ipsius abiurandi per notariū, vel religio sum, vel clericum aliquem, propter quas abiurādus est suspectus habitus de hæresi violenter.

Quo c factō dicetur sibi sic per Episcopū, vel Inquisitorem: Fili, ex his quæ recitata sunt te cōmissiſe, nos te habemus suspectum de hæresi violenter, propter quæ de iure tu es vt hæreticus cōdemnandus; Consideres ergo, & attendas quæ dicam tibi: si tu vis ab huiusmodi hæresi, vel hæresibus sic resiliere, quod velis eas hic nunc publice abiurare, & pœnitētiā, quam tibi iniungemus patienter sustinere, Ecclesia, & Nos tanquā Vicarij Christi, recipiemus te ad misericordiā; sed iniungemus tibi pœnitētiā, quam bene poteris tolerare, & absolvemus te a sententia excommunicationis, qua teneris inuolutus, & poteris saluus fieri, & habebis gloriam in futurum. Si autem nolueris abiurare, nec pœnitētiā sustinere, statim trademus te brachio sacerulari, & insimul perdes animam, & corpus. Quid igitur vis, abiurare, & saluari; vel renuis abiurare, & damnaberis? Si dixeris, nolo abiurare, & in hoc sterterit; tunc tradetur curia sacerulari per modum infra expressatum in decimo modo processum fidei terminandi. Si autem dixerit quod vult, ponetur liber Euangeliorum apertus coram eo, & abiurabit omnem hæresim per modum, qui sequitur.

### Forma abiurandi omnem hæresim generaliter, ab eo qui est suspectus habitus de hæresi violenter.

**Suspectus violenter abiurat generaliter omnem hæresim.**

176 Ego talis, de tali loco, talis diœcesis, in iudicio personaliter constitutus coram vobis venerabilibus dominis N. Episcopo talis ciuitatis, & fratre N. Inquisitore hæreticæ prauitatis in terris talis domini, a sancta Sede Apostolica specia litter delegato, sacrosanctis Euangelij positis corā me, eisq; proprijs manibus corporaliter p̄metatis, iuro me credere corde, & profiteor ore, illam sanctam fidem catholicam, & Apostolicam quam sacrosancta Romana Ecclesia tenet, profiteretur credit, predicit, atque docet: & consequenter abiuro, abnego, & reuoco omnē hæresim ex-

A tollētē se aduersus sanctā Romanā, & Apostoli, & Ecclesiā, cuiuscunq; sectā fuit, vel erroris.

Item, iuro me credere corde, & profiteor ore, quod sic, & sic, explicetur articulus catholicus, contrarius illi hæresi, de qua ipse qui abiurat est suscep̄t. Etius habitus violenter: vt verbī gratia, si est suscep̄t. Etius habitus de virginitate Beatae Mariae Mariæ Domini Nostrī Iesu Christi, dicit sic.

Item iuro, me credere corde, & profiteor ore, quod gloria Beatae Maria Mater Domini Nostrī Iesu Christi fuit toto tempore vita sua semper virgo, ante partum, & in partu, & post partum; & consequenter abnego, reuoco, & abiuram illam nefandissimam hæresim, qua falsa, ac mendaciter assuerat, quod mater Domini Nostrī Iesu Christi aliquando non fuit virgo, sed quod ante partum, in partu, vel post partū fuit corrupta, & amisit virginitatem, de qua hæresi sum vobis dominis prædictis suspectus habitus violenter: Et si de pluribus hæresibus est suspectus habitus, non tantum de una, abiurabit quemlibet articulus singillatim per modum statim dictum.

Item iuro, quod nūquam prædicta hæresi, seu hæresibus adhesi, nec adhaereo de praesenti, nec C credidi, nec credo; licet propter culpam meū, & his, quæ male egī, vos me habeatis, & merito suspectū de huiusmodi hæresi, seu hæresibus, quod illi, seu illis crediderim corde firmo.

Item, iuro, & promitto, quod prædictam hæsim nunquam dogmatizabo, nec prædicabo, nec docebo: immo si vñquam fuerō aliquē, quilla hæresi sit infectus, teneat seu doceat, vel alia qualecumque, quod vobis dominis Episcopo, & Inquisitori, seu alicui vestrum seu vestris Vicarijs, vel alteri eorum vel successoribus vestris, citius quam commodè potero, denunciabo.

Item iuro, & promitto, quod talia, & talia, ex D primantur illa, quæ egī seu dixi, propter quæ ex culpa mea habetis me suspectum de dicta hæresi violenter, deinceps nunquam faciam, vel dicam; nec quod siant, operam dabo.

Item iuro, & promitto, quod omnem penitiam, quam mihi iniungere volueritis pro prædictis, pro viribus adimplebo, nec contrauenia in aliquo: sic me Deus adiuvet, & ista Euangelijs sacra consuetudine. Quod si contra abiurata vel iurata fecero in futurum, diabolo instigante (quod Deus auerterat) penitētiā de iure relapsis debitis, nunc pro tūc me obligo, & adstringo, quatenus illis feriam, cum legitimè constiterit me contraficiisse.

E Sit cautus notarius, quod inserbit in actis, quod dicta abiuratio est facta per talen tanquam per habitum suspectum de hæresi violenter, ut si probaretur abiurans relapsus judicaretur, & ut rem talis traderetur brachio sacerulari.

Prædicta abiuratio fiat (vt dictū est alias) in vulgarī, vt à vulgaribus captiatur, nisi freret tantū coram personis ecclesiasticis, & ipse abiurans latinum intelligeret competēter, tunc enim possit fieri in latino. Si autē prædictus abiurans abiuraret in secreto, hoc est, i camera Episcopi vel Inquisitoris, seu in palatio Episcopi, vel Capitulo canonico, vel i tratum religiōrum, nihil minus

# Inquisitorum cum Commentarijs.

497

Hinc per modum præhabitum abiurabit.

- 177 Facta autem prædicta abiuratione, Inquisitor statim ibi publice poterit abiuratum informare per hanc verba, vel similia in cœtu. Charissime, tu hereles, de quibus habebaris merito suspectus violenter, ut debuisti, in forma consueta Ecclesia abiurasti: & in hoc bene fecisti; caueas tamen ibi quod non facias contra antedictam a te factam abiurationem, incidendo in aliquam haeresim qualecumque generaliter, seu alias: nam scias de certo, quod sicut te obligasti sine villa mihi ferocia tradidis brachio fasciulari, ultimo suppicio feriendus: quare consulo quod sis cautus.
- Quibus sic actis, absoluat eum a sententia excommunicationis, de qua est suspectus habitus violenter, quod incidet in heresis superadictis unde sicut haeticus, cum redit, & abiurat, est a sententia excommunicationis absoluendus: quia omnis haeticus est excommunicatus, iuxta cap. Excommunicamus, 1. & 2. de haere. & etiā iuxta c. Ad abolendam in principio: Sic talis, de quo agitur, cum sit ut haeticus condemnandus, ut dictum est prius, postquam abiurauerit, est ab excommunicationis sententia absoluendus: absoluatur ergo per hunc modum.

## Forma absoluendi ab excommunicatione.

**N**A M dicetur Psalmus; Deus misereatur nostri, vel alius; quo dñe addetur, Kyrie elei, Christe eleif. Kyrie eleif, Pater noster. Et ne nos inducas, &c. Salutem fac seruum tuum, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

**PRAETENDE** Domine famulo tuo dexterae celetis auxiliū, ut te toto corde perquiras, & quod digne postulas, assequatur.

Oremus.

**PRÆSTA** quæsumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentia fructum, ut Ecclesiæ tuae sanctæ, a cuius integritate fidei deuiauerat delinquentendo, dono tua gratia reformetur. Per Christum dominum nostrum. Amen. Et post addat sic: Ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absolu te a sententia excommunicationis maioris, qua fueras innodatus, pro eo quia talia contra fidem commisisti, propter quæ habitis fuisti suspectus de heresi violenter, & restituo te sacramentis Ecclesiæ. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti Amen.

Et si fuerat citatus responsurus de fide, & quia pensaret contumaciter comparere, fuerat excommunicationis vinculo innodatus, in qua steterat per annum animo pertinaci, & propter hoc ut suspectus de heresi violenter, & ut haeticus condemnandus ab ista excommunicatione absoluatur in speciali, que fuit sententia hominis, & non iuris, dicendo sic: Ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absolu te a vinculo excommunicationis maioris, qua per me fueras innodatus, pro eo quia citatus legitimè responsurus de fide, renuegas contumaciter comparere: & restituo te sacra

A mentis Ecclesia. In nomine Pattis, &c.

Qua abolitione facta seretur sententia seu pœnitentia per modum tenoris sequentis.

*Forma ferendi sententiam, siue iniungendi pœnitentiam ei, qui fuit habitus suspectus de heresi violenter.*

**N**Os N. Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquisitor haeticæ prætitatus, in terris talis domini, a sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

**ATTENDENTES**, quod tu talis de tali loco, talis diecesis, fuisti nobis delatus de talibus, & talibus, fidem sanctam tangentibus, exprimantur illa, & quod nos processimus ad informandum nos super illis, ut iustitia suadebat, & meritis processus diligenter examinatis, & omnibus actis, & actitatis in causa præsentis, inuenimus te talia, & talia commississe, explicentur illa: Ea propter, & non immrito de tali heresi, explicetur illa, te suspectum violenter habentes, fecimus te ut rater suspectum omnem haeresim generaliter, publice abiurare, prout nobis mandant canonicae sanctiones. <sup>† c. Ecclesiæ.</sup> Sane cum secundum eadem canonica instituta omnis talis sit ut haeticus cōdemnandus, & tu saniori consilio inhaerendo, & ad contumaciam gremium sanctæ matris Ecclesiæ redeundo, abiuraueris, ut præmittitur omnem haeticam prauitatem: propter quod absoluimus te a sententia excommunicationis, qua ut obnoxius Dei Ecclesia astrictus merito tenebas, si tamen de corde vero, & fide non ficta reuersus es ad Ecclesiæ unitatem; idcirco deinceps inter penitentes compataberis, ad misericordię sumum te sacro sancta Ecclesia recipiente de presenti. Verū quia in dignitate valde existit offensas diuinæ <sup>† c. Vergen-</sup> <sup>tis. de haec.</sup> connivenientib. oculis imputatis petrare, & iniurias hominū castigare: cum grauius sit diuinam quam humanam lēdere maiestatem: & ne finita crimina incipientium existant alijs delinquendi, & ut tu officiaris cautor in futurum, ac minus proclivis reddaris in posterum ad prædicta seu similia committenda, & ut in futuro seculo leuius patiaris: Nos Episcopus, & Inquisitor præfati præhabito in & super his sano ac maturo consilio peritorem; sedentes pro tribunali more iudicium iudicantium, habentes præ oculis solum Deum, & sanctæ fidei irrefragabilem veritatem, sacro sanctis Euangelij positis coram nobis; ut de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, te talem in nostra præsencia personaliter constitutum, hac die & hora tibi in antea assignatis, sententialiter per modum, qui sequitur condemnamus, seu potius pœnitentiamus.

In primis quod statim induaris super omnes vestes, quas defers, veste liuida, ad modum scapularis monachi sine capucio facta, ante & retro habente crucis de panno croceo lōgitudinis trium palmorum, & laitudinis duorum: quam vestē deferre habeas super omnes vestes alias p

Vestis pœnitentialis.

Ii tantum

f Al.exegerit

**f** Al. exegerit tantum tempus, exprimatur vinis anni vel duorum  
vel plus vel minus prout culpa exiget & deliquetis,  
& nihilominus, quod cum dicta veste, & cruci-  
bus stes in porta talis Ecclesiae, tali & tanto tempo-  
re, scilicet in quatuor festis principalibus glorio-  
sa Virginis Mariae talis Ecclesiae, vel talibus, & ta-  
libus festiuitatibus, in valuis talis, & talis Ecclesiae  
rum: teque ad tales carcere ad perpetuum, vel  
ad tale tempus sententialiter condemnamus: Po-  
nuntur illa qua videbuntur magis ad honorem fidei  
expedire, attenta culpa majori vel minori, seu contu-  
tione. Ut enim macia delinquentis, & sequatur: Retinentes h[ab]ent no-  
bis ex certa scientia & expresse, ut nobis conce-  
dunt canonica instituta: quatenus dictam peni-  
tentiam possimus mitigare, aggrauare, mutare, tol-  
lere in toto, & in parte, toties quoties nobis visum  
fuerit faciendum. Lata est haec sententia, &c.

<sup>180</sup> *Allecta.* Qua lata † mox executioni debitæ demandetur, & induatur veste prædicta crucis huiusmodi continente.

**Monitio Inquisitorum** contineat.  
Quo factō poterit Inquisitor taliter monere  
sententiatum, & paenitentiatū, & inducere ad pa-  
tientiam ne desperet; dicendo ei publicē, quod si  
patienter sustinet, & apparent signa in eo penitē-  
tis hominis, quod Epicopus, & ipse sunt prom-  
pti dictam paenitentiam mitigare, & facient cum  
effectu: indicendo etiam sibi, quod dictam paen-  
tentiam interim teneat, & obseruet, alias ut im-  
penitens puniretur.

**Indulgencia.** penitens puniretur.  
Concedat etiam indulgentia quadraginta seu  
viginti dierum omnibus qui sermoni, & talibus  
actibus fidei interfuerunt. Indicet etiam publice,  
quod omnes, qui praesisterunt consilium, auxiliu  
vel fauorem, vel deferentes, testificantes, cöfiliati  
tes, abiurationem vel sententiam perlegentes in  
causa praesenti, habuerunt tres annos de indulge  
tia ex parte domini nostri Pape.

Moneat etiam populum, quod quicunque leit  
aliquem haereticum, iuspectum, vel diffamatum,  
& specialiter de tali, & tali haeresi, que magis pro  
tempore illo viget, dicitur beat Inquisitori seu Episcopo  
po intimare, & si non fecerit, concedat ei de indul-  
gentia tres annos iuxta priuilegium, Prae cunctis  
ex parte domini nostri Papæ.

COMMENT. XLII.

**N**um. 173. **R**eferunt etiam hunc modum Tabiensis in summa verbo, *Inquisitor.* §. 17. Sprengerius im malleo maleficarum, 3. par. q. 25. & Locatus in ope re iudiciali in fine in formula sententia contra violenter suspicium de heresi. *Zanchianus tract. de heret. c. 41. Repertorium Inquisitorum verbo, sententia. §. de formis sententiarum, & alij.*

**Cur ponatur gradus violētate suspicio-**  
pis. **In hoc dero sexto modo, si quis querat cur Eymericus ponat violentiae suspicionis gradum; respondebo, huic questioni ipsummet auctorem satisfacere.**  
**nu. 174. vers. circa istum. quoniam tametsi iuris fictione, que ea facta committit, qua hic refert Eymericus. & illa, qua enumeramus supra in hac 3. parte super titu. de signis exterioribus, quibus diuersarum sectarum heretici cognosci possunt, nume. 109.**  
**hereticus existimetur: at re vera fieri potest, ut**

*nullum in mente habuerit errorem, & propterea si  
reverti voluerit, (dummodo non sit relapsus) recipi-  
tur ab Ecclesia.*

Quoniam vero is ipse, qui ita revertitur, si cione  
iuris hereticus reputatur, hinc sit, ut Eymericus ne-  
tit talem indii habitu penitentiali, qui in peniten-  
tiam solet in iungi hereticis redeuntibus; nam per om-  
nia exequat violenter suspectum cum heretico, ob  
violentiam illam suspicionem, quae cum a iure sit ap-  
probata, non recipit directam probationem in con-  
trarium.

*Item quecumque in hoc modo repetit de violentia  
suspicione dum ait eam non recipere probationem in  
contrarium, aut similia, accipienda sunt & intellige-  
da, iuxta ea quae adnotauimus supra par. 2. super q.  
55. & 56. quae nunc consilio omittimus ne eadem  
sepius inutiliter repetamus.*

**a** Proutideat etiam Inquisitor, quod interim sa-  
ciat fieri vnam vestem, &c. in qua sunt duas cru-  
ces, &c. **H**ec vestis penitentialis, qua, qui reuer-  
tuntur ab heresi, induuntur, antiquissimam origine  
habere videtur; neque valde obscurum eius certum  
in sacris litteris fundementum: nam qui pro impie-  
titibus olim penas lucabant, ad implorandam diuinam  
misericordiam, & reddendum benevolum Deum, quem  
offenderant, preter ceteras penitentias, sacerdozio  
doque inducebantur: nam ut alia omittam. lib. 3. Re-  
giam ca. 2 i. legimus Ahab postquam per nefas vi-  
neam Naboth possedisse, commissi sceleris peniten-  
tiam acturus, vestimenta sciendis sacrae posuit su-  
per carnem suam c. Ahab de pen. dist. 3. facit tex.  
in c. in capite Quadrage simo. 50 dist. nam bausmo  
di vestimentum valde accommodatum esse ad peni-  
tentiam agendum, ostendam paulo post super otta-  
no modo processum terminandi.

In crimine vero heres̄ usurpatum esse, ac visita Re-  
sum bunc penitentialem habitum etiam protinus ab initio delegat & inquisitionis contra hereticos, et in-  
staur primum Concilium Tarragonense relatum ab  
D Eymerico supra par. 2. vbi tit. de formis penitentia-  
rum. S. credere. vñ s. & portent duas crucis. de hoc  
penitentia genere manifeste meminit, & beatus ip-  
se Dominicus quibusdam litteris, quas assert Camil-  
lus Campius apud Zauchinum c. 20.

Sed Cœciliu<sup>m</sup> Tholosanu<sup>m</sup> anno Dñi M<sup>DC</sup>CXXIX,  
aduersus hereticos celebratum, de his crucibus in ve-  
ste penitentiali gestandis ita cauit: In detestatio-  
nem quoque veteris erroris, duas cruces portent  
de cetero altius præminentia, alterius coloris quā  
sunt vestes eorum, vnam à dextris, & alterā à fini-  
stris: nec propter cruces excusetur aliquis, nisi  
habeat litteras sui Episcopi testimoniales de-  
concordie ipsius. hactenus ibi.

Sed quoniam dubitabatur, qua ratione enim modis  
cruces, & cuius coloris essent conficiendis, ger-  
enda, panceis post annis Concilium Biterrense, cap. 6.  
(a quo haec mibi videtur accepisse) Eymericus, lue-  
lenter omnia hic spectantia prescrivit in hac ver-  
ba: In detestacionem etiam erroris veteris por-  
tent in superiori veste duas crucis coloris cruci  
longitudinis duorum palmorum, & dimidiij, lati-  
tudinisque duorum, & in se trium dignorum in-  
habet latitudinem: una anterius in praefore, & de-  
cimam

atiam posterius inter spatuas. vestes in quibus A  
cruces portauerint coloris crocei non habentes,  
superiori ueste intellecta, supra quam in domo,  
vel extra alia non portetur.

Et si fuerint Vestiti heretici, vel Dānati, por-  
tent crucem tertiam competentis quantitatis, seu  
coloris eiusdem in capucio, vel in velo.

Et si forte deierauerint, aut induixerint alios  
ad deierandum, portent in superiore parte duarū  
erucum (quas portare habent in pectore, & in  
ter spatuas) brachium transuersale palmi vnius,  
vel circa.

Qui autem transfretare debebunt, portet cru-  
ces predictas donec applicuerint ultra mare, &  
cas ulterius non teneantur portare donec in lito-  
re transmarino nauem ad redeundum intrantes,  
caſdem circa mare, & in mari, & in insulis eas  
perpetuo portent. hancen ibi. Illuſtrissimus eſt  
planè locus, multumque in hac caſta confiderandus  
ex quo hoc Eymericī doctrina lucem capiet, &  
auctoratē ne temere auctor hoc ſibi conſinxiffe vi-  
deatur.

Illud eſt tamen obſeruatione dignissimum, quod  
de his crucibus in his locis tradicunt: nam Concilium  
Tarragonense præcitatō loco has crucē paulo alter  
portandas iubet, dicens: Portent duas crucēs per-  
petuo ante pectus. Concilium quoque Tholosanum  
idem videtur præscribere, dum ait has crucēs geſiā  
das effigie, una a dextris, & alteram a ſinistris. Eyme-  
ricus vero & Concilium Biterrenſe una ante pectus,  
& alteram inter spatuas retro deferri iubent.

Sed hoc poſtea fuit introductum ea ratione (ve  
credo) vi paenitentes patentia, & maniſtia om-  
nium oculis obijcerentur, ſine aduersi, ſine auerſi  
effent.

Erant autem duas illas crucēs, que iure veteri an  
te pectus deferri iniebantur ita diſpoſitā in pectore  
ut unaquaque ſua papilla responderet, ut conſtat  
ex præcitate beati Dominici litteris, in quibus ita  
ſcriptum extat. Religiosis uestibus induatur, tum  
in forma, tum etiam in colore, in quibus in dire-  
cto utriusq; papilla ſingula crucē parvula ſint  
afflata. hæc ibi.

Hariū quoque erucum ſine huic habitu paen-  
itentialis frequens mentio fit in iſtructionib⁹ in-  
qūſitionis Hispanie, veluti in iſtructione Abu-  
lefii anno Domini MCCCCXCVIII. c. 6. & in iſ-  
tructione Madriliana anno Domini MDLXI.  
c. 41. & c. 81.

Eārundem erucum meminere etiam qui aduersus  
hereticos latas paenias tradunt. Zanchinus tral. de  
beret. c. 20. num. 3. & ibi Campiegii, & Reperto-  
riū Inquisitorum verbo crux. §. qualiter redēntes.  
& verbo, paenitentia. §. item ſi quis pubue. & ver-  
bo, ſignum. §. nota, quod bonum eſſet. & Simancas,  
de catbo. iſt. tit. 47. nume. 9. 12. & seq. & Ioannes  
Rigas in singularibus ſidei, ſingula. I. nume. 23. &  
seq. & alij.

Hoc pelliamētum Itali habitello vocant, Hispa-  
norum autem quidam Samarreta, alij Santbenito  
appellant, quaſi ſacrum benedictum, propterea quid  
lit aptus ad agendam paenitentiam, per quam bene-  
dicimur, & ſalvamur.

Hæ crucēs ad tempus perpetuum quandoq; quā-  
doque vero ad p. finitum imponi ſolent, ut indicat  
Eymericus paucopost in hoc eodem modo, nu. 179.  
super quarum depositione interdum etiam diſpenſa-  
tur, ut dicam in octauo modo processum fidei termi-  
nandi, quæ omnino rideas.

b Adueniente autem die praefixa, &c. legentur Num. 175.  
culpæ publice ipsius abiurandi.] Audini quādo- Expedit in  
que eos, qui dicerent, non expedire, ut in conspectu hoc criminis  
popularis multitudinis reorum delicta nominarim delinquentiū  
legantur, quia multi inde arripiunt occaſionem per- culpas.  
petrandi ſimilia, ſed horum iniquæ ſunt voceſ, nec  
villo pacto ferende: actus quidem huicmodi bonus  
eſt, qui non propterea fit malus, quid in malum fi-  
nem ſcelerati eum conuerterant.

Ac ſalubriter has populoſum fieri cōgregationes  
ad audiendas ſententias hereticorum, & eorū deli-  
cta, pulchre docet Ioannes And. in ca. ut commiſſi.  
de heret. lib. 6. non procul ab initio in hac verba:  
Iſtæ conuocationes fieri ſolent ad audiendas ſen-  
tentias, & peccatas, quas Inquisitores infligunt, ad  
videndos aliquos cruciari, & expediri fiduci talia  
publice fieri ad iſtructionem, ac etiam ad terro-  
rem. hæc ille.

C Hoc ipsum etiam fieri ſuafit iam olim Guido Ful-  
codius in consultationibus ad Inquisitores. q. 15. c.  
20. in hæc verba: Sed illud adjicio, quod omnes  
errores ſuos ſingillatim profiteri, & abiurare pu-  
blice faciat: quia nihil magis in conuisionem  
heretica prauitatis redundant, & gloriam nomi-  
nis Christiani. hæc ille.

c Quo factō dicitur ſibi ſic per Epifcopum, Num. 175.  
vel in inquisitorem, &c. ] Iam monui ſupra ſuper ſu-  
modo processum terminandi. §. poſt dicitur ſibi, non  
eſſe neceſſarium hoc Eymericī documentum: ſed cū  
ita fieri decreuerit inquisitor, aliter poterit rē hono-  
rifientius expedire, ut ibi dixi. nū addo propterea  
hoc non fore neceſſarium: quoniam priuquam ad ta-  
bulaū producatur reus, iam ſunt omnia diligentif-  
fime adhibita remedia ad ipſum conuertendum, qui  
ſi verē conuertus fuerit, abſque iſta præmouitione  
abiurabit, & hac conſuetudine nunc vivit.

Si autem impenitens extiterit, aut negatiuus, Impenitentes  
non modo ampequam producatur, verum etiam et in ſepe etiā pu-  
ipſo tabulato induendus eſt, ac ſepiſſime & inſtan-  
tiffime comonendus, ut errores depouet & abiur-  
ret. idque fieri poterit hoc ordine: priuamentum, &  
conuerſorū ſententie priuū promiuitabuntur, ſi ta-  
les affuerint, & ultimo loco impenitentium, & ne-  
gatiuorum, ſi qui fuerint; ſed priuquam proferātur,  
coram omni populo admonebantur huicmodi her-  
eticis, ut resipiant, & tandem conuertantur, quoniam  
ad huc durat tempus misericordie, quod ſi cōuerſi ſe  
velle dixerint, ad careerem ſunt reducendi, & ad pe-  
nitentiā in admittendi: quod ſi in ſua perinacia, &  
impenitentia perſeuerauerint, legenda eſt ſententia,  
& iradeudi ſunt curie ſeculari, ut igni in conspectu  
populi combuſti, debitas impenitentie pugnas luant.  
Simancas de catbo. iſt. tit. 6. num. 11. addens cū  
Lutheranis omnium pefſimis hereticis aliter eſſe fa-  
ciendum.

E His adiungo, plurimum eſſe conſiderandum qualiter recipi debeat hi qui in tabulato, aut in Eccle-  
ſia. II. 2. ſia

ſia poſtquam in publicam fidei actionem ſunt produc-  
tiantur, qui conuerſuntur, qui porius metu instantis mortis,  
conuerſantur postquam in publicum ſunt  
quādī amore veræ penitentiae conuerſi videntur,  
quam ob rem cum negatiuſis hoc varo fieri debere, et  
non niſi cū exquisitiſimis conſiderationibus admo-  
nuit optimè iuſtructio Madriliana anno MDLXI.  
c.44. de quo dixi alibi plenius.

Nolle certe vñquam ab hoc sacro tribunali mi-  
ſericordiam excludere; verum tamen vbi malitiam  
perfidorum huiusmodi contemplor, auderem dicere  
iustissimē fieri ſi locus misericordia ſolū pateret reis  
donec ē carceribus Inquisitorum educerentur, & po-  
ſtea nullo modo audiarentur, preſertim cum tantum,  
& tandem laboratum ſit in eorum conuerſione: quia  
tamen nondum damnationis ſententia est promul-  
gata, ideo in hoc crimine vſque in id tempus locus  
est paupertatia, & propter ea ſententia prior tutior  
ēſi, fed hoc altera fortassis iuſtor, ſpectata perſido-  
rum inquirat, & ſera penitentia.

**N. 176.** d Immo ſi vñquam ſciuero aliquē, qui illa ha-  
refi ſit inſecus, &c. vobis & pifcopos, & Inquisito-  
ri, &c. denuntiabo. ] Hac clauſula omiſſa ē ſi in ſu-  
an obligare perioribus abiuſationum formulis, quam fortassis  
fe debeat ad expediret in omni abiuſatione adiungere, ut ſcilicet,  
haereticos de-  
nuntiandos. is qui abiuſat, obliget ſe ad denuntiandos quocunq;  
ſciuerit haereticos, aut de haeretiſ ſuſpectos, vel infa-  
matoſ, de qua obligatione alibi copioſe diximus.

**N. 179.** e Ad mifericordiæ ſinum te facroſancta Eccle-  
ſia recipiente de pŕfenti. ] Ita Barcioneñſis im-  
preſſus. Bononiensis, & codex Cardinalis de Gamba  
Locus varius ita: Ad mifericordiæ ſinum facroſancta Ec-  
cleſia te recipiens de pŕfenti. Sabellanus ita:  
Ad mifericordiæ ſinum facroſancta Eccleſia, &  
recipimus te de pŕfenti.

**N. 179.** f Et na multa crima in centiū exiſtant alijs  
delinquendi. ] Ita Barcioneñſis imprefſus. Bononiensis,  
& codex Cardinalis de Gamba ita: Et ne impunita,  
ſed Sabellanus ita: Et ne impunitas cri-  
minum alijs in centiū prabeat delinquendi.

**N. 179.** g Ernihilominus quod cū dicta velle, & cruci D  
Conuerſi ab haereti quori-  
tu olim ag-  
rent, penit-  
giā. bus ſiles in porta talis Eccleſia, &c. ] Deſumptum  
videtur ex Concilio Biterrenſi, c. 26. vbi grauiores  
penitentia impoñuntur. nam cum premiſſet, paen-  
tentes ſingulis dieb. Dominicis, & festiis interfeſſe  
debeat diuinis officiis, ſubdit: Et in Miffa cuiuslibet  
dici Dominicæ, ac festiua, inter E piftolā, & Euā  
gelium, velle ſuperiori, & veſto ſite capucio depoſi-  
tis (niſi & in veſto, ſeu capucio portent cruceſ,) fa-  
cerdoti miffam pŕfente populo celebranti, cum  
virgiſ in manu publice ſe pŕfententibique da-  
ta illis disciplina exponat ſacerdos, quod propter  
culpam labii haeretica penitentiam illam agunt.  
haecne ibi: Ut vel ex his intelligas antiquam in  
coercendo criminē haeretiſ ſeuſeritatē.

Hic vero penitentia ritus, quem hoc loco pŕſcri-  
bit Eymericus, antiquissimus videri potest: nā Ioan-  
nes Climacus gradu quarto, de obediētia, differēt de  
penitentia in multa monachis colloquentibus dū ca-  
teri orarent, quia contra devotionis regulas eo loco,  
& tempore deliquerant, ita ſcribit: Ad orationē ple-  
rumque ſtantibus nobis, animaduertit pater san-  
ctus (ideſt, qui ceteris pŕaerat) quodam inuicem  
colloquentes, quos ante foras Eccleſia ſtatuiſ,

A iuſſit vt per ſeptem dies cunctis intrantibus, &  
executibus proſtererentur, ſue clerici, ſue pre-  
byteri fuiffent, hec ille.

b Retinentes nobis ex certa scientia, &c. qua-  
tenus diectam poſſimus mitigate, aggrauare, &c.]  
Hac clauſula magnum tribuit Inquisitoribus pri-  
legium, & valde utilis est, & vſu frequens in hoc  
tribunali, de qua dicam infra ſuper octauo modo pro-  
ceſſum fidei terminandi, & ſuper q. 86. & aliis.

De ſeptimo modo terminandi proceſſum  
fidei per canonica purgationem,  
& abiuationem.



Optimus modus proceſſum fidei fi-  
niendi, & terminandi est, quādo de  
latus de haeretica prauitate, proceſſus  
meritis diligenter diſcuſſis, cum  
bono conſilio peritorum in iure, re-  
peritur culpeſtus de haereti, & etiam diſfamatus,  
& hoc eſt quando delatus ipſe non reperitur le-  
gitime deprehensus, nec propria coſeffione, nec  
facti evidentiā, nec teſſum legitima produc-  
tione; ſed reperitur publice diſfamatus, ac etiam re-  
periuntur indicia contra cum, quae iſum reddit  
ſuſpectum alijs de haeretica prauitate: viptote,  
qui habuit magnam familiaritatē cum haereti-  
cī, qualis fuit ille, de quo agitur in c. Inter ſolli-  
citudines de purga. cano. Et tali ratione infamie  
eft indicenda canonica purgatio, & ratione ſuſpi-  
cionis debet haeretiſ abiuſare, juxta alleg. capit.  
Inter ſollicitudines.

Circa iſum talis práctica eſt ſeruanda. Talis  
enim ſic publice de haereti diſfamatus, & vltra in  
famiam ex alijs indicis ſuſpectus habitus de haeretica  
prauitate, in primis purgabit ſe publice per  
hunc modum.

Fórmā diſponendi ad purgationem ca-  
nonicam, & abiuationem faciendam ab  
eo, qui eſt diſfamatus, & alias ſuſpectus  
de haeretica prauitate.

**N**A M in diecto ſermone generali per aliquos  
dies ante, in omnibus Eccleſiis illius ciuita-  
tis, ſeu loci, in quo purgatio, & abiuatione ſunt hē-  
dæ: & ſuſpensiſ ſermonibus omnibus pro illa die  
aſſignanda, & aduichiente die ad huiusmodi aſſi-  
gnata, & ipſo purgando, & abiuſando in medio  
populi in alta ledē, & eleuata conſtituto, & facto  
ſermone de fide per Epifcopum, vel Inquisito-  
rem, vt diectum eſt ſupra in alijs modis proceſſum  
fidei terminandi. His, inquam, prehabitus;  
legentur culpe ipſius purgandi, & abiuſandi per  
notarium ſeu religiolum vel clericum: quibus le-  
tis, purgabit ſe diſfamatus per hunc modū. qui  
ſequitur.

Forma